



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

SS. Marianus & Jacobus MM. 30. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

## SS. MARIANUS &amp; JACOBUS MM.

30. Aprilis.

**A**Nnus ducentessimus sexagesimus secundus, par nobile Martyrum habuit: MARIANVS alter, alter JACOBVS fuit. Et illum quidem pollice suspensum pondera talis annexa tentissimis nervis ad ima retrahebant; sed ad carceres reducti, animus in Cælum abiit, æterni convivii promulside recreandus, quam in pulcherrimum inducto triclinium, S. Cyprianus propinavit, haud gravatè pro unâ illius guttulâ omnem sanguinem daturus. JACOBVM intereâ proprio Martyrum baltheo Angelus cinxit. Ita hic robur suum induit, alter bibit. Nec multò post novus cælo nuntius mittitur de venustioribus ephebis, qui sero vice torquis indutus, & palmam ventilans (nam & ipse nuper unâ cum matre & gemello trucidatus fuerat) MARIANVM & JACOBVM ad martyrum condicere convivium jubet. Nec illi tam lautas epulas aspernari, aut morari diutius ausi, postera die dederunt symbolum ambo capite plexi. Nihilominus equites toto diffusi cælo malum minari carnificibus visi, qui tam candida innocentia lilia demessuissent. *Ex Surio.*

*Dies noster ultimus certissimum est, nobis quòd veniat; incertissimum est, quando, vel ubi, vel unde nobis adveniat: nisi quòd senibus est in januis, qui juvenibus est in insidiis. Guerr. ser. 3. de Advent.*

## B. FRANCISCUS SENENSIS. 30. April.

**E**TIAM FRANCISCVM viderunt Senæ libertatem mundi repudiare, & servis VIRGINIS accedere. Quamquam non tunc primum transiit in

K 2

ser-